



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Collecta de vna virgine martyre

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

per terram habitationem meam: et pro morte defluentem deprecata sum. **Capitulum.**

Sapientia vincit maliciam attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter.

Mulierem fortis quis inueniet procul et de ultimis finibus precium eius: confidit in ea cor viri sui: et spolijs non indigebit. **Capitulum.**

Fallax gratia et yana est pulchritudo mulier timens deum ipsa laudabitur. **Ps.** Specie tua et pulchritudine. **Super**

Sag. an. Veni electa mea et ponam in te thronum meum quia concupiuit rex specie tuam. **Collecta de vna virgine**

Deus qui inter cetera potentie tue miracula etiam in seculi fragili victoria maritimi contulisti concede propitius: ut cuius natalicia colimus per ea ad te exempla gradiamur. Per dominum nostrum Iesum Christum. **De virgine non**

Deus qui martire. **Collecta.** nos beate A. virginis tue annua solemnitate letificas: concede propitius ut eius adiucemur meritis cuius castitatis irradiamur exemplis. Per dominum nostrum Iesum Christum.

De vna sancta non virgine. Collecta. Gaude nos deus salutaris noster: ut sicut de beate A. festiuitate gaudemus:

ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dominum. **Nullo**

la suffragia nisi aliud festum concurrat. **Ad completorium de tempe. Ad matutinas Inuitatorium.** Regem virginum dominum Venite adorem?

ps. Venite. **In primo noct. an.** Veniente sponso prudens virgo preparata inuenit eum ad nuptias. **ps.** Domine dominus noster. **An.** Hec est virgo sapiens quam dominus vigilantem inuenit. **ps.** In domino confido. **An.** Ecce prudens virgo migravit ad Christum fulgens inter choros virginum sicut sol in virtute celesti. **ps.** Domine quis habitabit. **ps.** Specie tua et pulchritudine tua. **Sermo beati marci**

Quem in mi. epi. Lectio I. Et toto mundo virginis flos marie inmarcescibiles coronas innectat et sceptrigeram pudoris aulam immaculato conseruet affectu: eo usque integritas perseverauit ad palmam ut in puellis tropheum sanctitatis arripere: et per vestigia matris virginis ad celestem thalamum perueniret.

Hinc est quod anulo fidei hec sancta virgo A. se assertit subarratam et clamat se amori contractam. Tu autem domine nostri miserere. Deo gratias.

Veni sponsa christi accipe eum